



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 46. Gallorum res Senis per Petri Strozii adventum desperatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

vel Cofinæ quasdam possessiones in Re-
 gno Neapolitano, vel in ditione Medio-
 lanenfi attribuet. IV. Quoadusque hæc
 pacta implebuntur, oppida, & Senensis
 Reipublicæ arces Cofmæ relinquuntur.
 Hæc conditiones, cum Cæsar ratas
 haberet, Cofmas quantocius rem summo
 silentio aggreditur, ac Marinianus Mar-
 chio captis pluribus urbibus circumvi-
 cinis Senensem urbem cingere cæpit.

§. XLVI.

*Gallorum res Senis per Petri Strozzi
 adventum desperatæ.*

Attamen non ita secreto Cofmæ con-
 filia agitabantur, quin Galliarum
 Rex per Ferrariensem Cardinalem ea
 de re certior fieret, quocirca Henricus
 haud ultra sibi procrastinandum ratas
 aperto Marte Ducem aggredi statuit,
 moxque Marchioni Mariniano Petrum
 Strozium inter ævi sui Belliduces lon-
 ge celeberrimum opposuit, eumque post
 Annebaldi obitum non ita pridem Fran-
 ciæ Marescallum nominavit, ut in ex-
 ercitus imperio Paulo Thermo succe-
 deret. Cum ergo Strozzius odio plus-
 quam vatiniانو Medicæos infectaretur,
 Cofmas haud temere suspicabatur, eum
 haud alio ex consilio fuisse selectum, nisi
 ut pristinæ rursus innovarentur factio-
 nes, quæ jam olim sub obtentu, ut Flo-
 renti-

Sæc. XVI.
 A.C. 1554.

Sæcul. XVI rentinis libertas redderetur, iique ad
A.C. 1554. jugum excutiendum inducerentur, fuerant exortæ: quapropter Dux Strozzi adventu adeo exulceratus erat, ut nulla amplius habita ratione palam declararet, quod Gallos, ac Senenses aperto bello petere vellet.

His accessit, quod Strozzius cum amplissima potestate Senas venisset, & mandati copiam Cardinali Ferrariensi fecisset. Cardinalis, qui non tantum Belliducem, sed successorem in reipublicæ procuratione sibi missum dolebat, non modo indignari, sed scaute omnia, ac negligenter agere cæpit: quo & factum est, ut, quamvis Strozzius raro in urbem veniret, ne præsentia sua Ferrariensis auctoritatem, ac dignitatem minuere videretur, sed bellico munere contentus, foris tantum arma tractaret, secretæ nihilominus similitates inter ipsos ex ea occasione suborirentur, unde cuncta segnius ab eo tempore administrata, ceptæ munitiones intermissæ, secreta cum Pontifice, & aliis Italiæ Principibus consilia penitus omissa fuere.

Præterea Strozzius ad Centum cellas, seu civitatem veterem primo appulsus, inde Romam venit, ubi, cum sui adventus causas Pontifici aperiret, venisse se ajebat, non ut quidquam novi moliretur, sed Senensium, qui se in Re-

gis

gis clientelam dedissent, libertatem, & Sæcul. XIV.
regiam simul auctoritatem in Italia tue- A.C. 1554.
retur, cum autem amicitiam, ac bene-
volentiam Regis prolixè Pontifici depræ-
dicasset, facile impetravit, ut induciæ
ante biennium factæ, & propediem exitu-
ræ in alterum biennium prorogarentur.

§. XLVII.

*Gallorum victoriæ de Etruriæ Duce
reportatæ.*

Post hæc Strozzius Senas venit, a ci-
vibus perhonorifice exceptus, inde
vero paulo post ad lustranda circumvi-
cina propugnacula egrediebatur. Sub
idem tempus Marinianus Marchio cum
suis copiis per Stagiam noctu itinere fa-
cto duabus a Senensi urbe leucis substi-
tit, præmissis duntaxat suorum trecen-
tis: non enim cum toto exercitu progre-
di poterat, eo quod ex assiduis imbribus
itinera luto penitus destructa essent, ni-
hilominus quoddam munimentum pro-
pe Cammolix portam Gallis eripiebat.
Interea Cosmas Senenses, ut sese dede-
rent, datis literis provocabat, cum au-
tem Dux ab ipsis responsum minus ac-
ceptum reciperet, mox bellum iisdem
nuntiabat, quamvis Germani, & Hispa-
ni milites, quos Cæsar promiserat, pri-
mis tribus hujus anni supra millesimum
quin-